

generalibus & in statu temporali S. R. E. etiam legatis & vice-
legatis sedis apostolicæ ac ipsius status Gubernatoribus, vt quoties pro
ipsis Victorijs parte fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requi-
situs, eidem Victorijs efficacia defensionis presidio assistentes, præmissa
ad omnem dicti Victorijs requisitionem contra inobedientes & rebelles
per censuras ecclesiasticas etiam sæpius aggravando, & per alia iuris
remedia auctoritate apostolica exequantur, invocato etiam ad hoc si
opus fuerit auxilio brachij secularis, Et quod sola signatura sufficiat
irritum & inane censentes quicquid secus contigerit attentari præ-
missis omnibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, Caterisque
in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Quarto Idus Ianuarij,
Anno Quarto